

aures tam verbotinus quamque et per capitulare designatum plenissima eorum adsit imperialis vestrae potestatis credulitas. Ob his enim, excellentissime imperator et domine, summa cum humilitate victricem excellentiam vestram omnipotens Dominus per multorum annorum curricula incolumem conservare et regere dignetur. Comendamus nostram fragilitatem vestris serenissimis imperialibus obtutibus, nunc et semper. Amen.

49. – 827, ante giugno. *Lodovico e Lotario, imperatori, al patriarca Venerio.*

FONTE: Arch. Stato, Venezia, codice Trevisano, 31 v., n. 21; cod. marc. lat. X, 181, f. 36; 310, p. 42.

EDIZ.: Ughelli, *Italia Sacra*, V, 1104.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, Hlodovicus et Hlotarius, divina ordinante providentia, imperatores augusti, Venerio, venerabili patriarchae, in Domino salutem. In litteris sanctitatis tuae, quas nobis per missum tuum Tiberium misisti, scriptum reperimus, quod tu, secundum nostram iussionem, propter contentionem tuam et Maxentii patriarchae firmandam Romam venisti. Sed quia Maxentius eodem tempore illuc non venit, et propter eius absentiam dominus apostolicus nihil inde diffinire potuit, tu, infecto negotio, domum reversus es. Sed nobis non videtur esse conveniens, ut ista causa sic remaneat. Ideoque decernimus ut iterum, tempore congruo, Romam ad praesentiam domini apostolici quam et eorundem missorum nostrorum contentio vestra iuste et canonicè difiniatur, ut in postmodum nullam inter vos de hac causa altercationem habere sit necesse.

50. – 827, 6 giugno. *Sinodo mantovana.*

FONTE: Codice della bibl. Vallicelliana di Roma, B. 61 (sec. XV) f. 244 sgg., desunto da apografo bresciano perduto. Cfr. ivi cod. Vallic., C. 56 (sec. XVII), f. 139.

EDIZ.: Monumenta Germ. Historica, *Concilia*, II, 583 sgg.